In prima hostia nos sacerdos ad orandum. In scđa manifestat
nobis xp̄s quis sit orandus: et quid orandū. quis orandus. P̄r
n̄r qui es. fm qđ dicit Ia. Omne datum optimū ut dictū est. Quid
orandum. Petitiones sep̄e que sunt ibi. Et dicunt fm Ap̄lm po-
stulatiōes. Tertia clausula est. Sed libera nos. Et dicit in silē-
tio in signū q̄ xp̄s sicut a predicatione.

COrandum q̄ duo sunt in patena: et faciūt illa dyaconus et sub-
dyaconus que sunt nobilita: qđ dyaconus tradit eam subdyaco-
no: et significat q̄ xp̄s contulit discipulis potestate predicandi re-
gnū dei. Qd aut̄ in quibusdā ecclesijs tenet discooperia: signifi-
cat q̄ sacerdos per orationē orat in fide ecclesie. Qd aut̄ manū
sacerdotis a dyaconis sustentant dū dicit Pater n̄r: significat q̄
Iher et Aaron sustentabā manus Moysi orantis dēū p̄ Israel
qñ pugnabat p̄tra Amalech. Ut patet Exod. xvi. cap. Qd au-
tem iunat dyaconus sacerdotē deponere calicē in altari: signifi-
cat q̄ Joseph et Ascodemus deposuerūt corpus xp̄i et posuer-
tūt illud in monumentū. Ut patet Jo. xx. cap. Qd aut̄ dyaco-
nus osculat dexterū bumerū sacerdotis: significat q̄ vult esse
particeps laboꝝ vt sit socius eterne retributionis.

CQū aut̄ dicit sacerdos Sed libera nos a malo: tradit subdy-
aconus patenā dyacono et dyaconi sacerdoti: et osculat eū in dex-
tero bumerō: per qđ significat q̄ ipse vult esse socius in passione et
in regno: fm q̄ dicit Ap̄l. Si cōparimur et cōregnabimus.
CQd aut̄ sacerdos signat se patena et postea deosculctur eam.

significat q̄ in passione filij reconciliamur deo patri et beredes
erimus regni celestis.

CIn fine aut̄ clausule istius dicit sacerdos P̄ter dñm: et facit
tres partes de hostia: vna ponit in calicem: et duas ante. Ficit
aut̄ tres partes. Pr̄mā in memoria trinitatis. Secundā in me-
moria triplicis status xp̄i. Pr̄mā est mortalis cuꝝ boībus ma-
nens. Secunda cū mortuis in sepulchro iacens. Tertia immor-
talis in celis existens. Scđo frangit hostia in tres partes: in me-
moria q̄ xp̄s passus fuit triplici parte corporis sui: scđz in manī-
bus: in pedib⁹s: et in latere. Tertio frangit hostia in tres partes
in signū q̄ tres sunt partes corporis xp̄i mystici. Una est in ces-
lo que dicit triumphans. Scđa est interris que dicit ecclēsia mi-
litans. Tertia est in purgatorio que dicit purgans. Que partes
babent per versus sequentes.

Tres sunt ecclēsie partes: pars prima laborat.

In terra secunda vivit: sed altera quiescit.

Partem que restat clementior excoquit ignis.

Ex quo tunc patet transitus ad requiem.

Iso qualiter tres partes fūt de hostia. Vnde videndū
v est quid vna queq; pars significet. Dicendū fm Inno.
q̄ prima pars super patenā posita: significat bos qui
sunt in celis. Scđa existentes in purgatorio. Tertia que mittit
in calicem fideles adhuc viuentes.

CSequitur quarta clausula Pax dñi: quam cū dicit sacerdos fa-
cit tres crucis cū parte hostie: que postea debet ponit in calice.
Tres crucis significat q̄ xp̄s fuit in terū dīe in sepulchro.

CQd sacerdos dicit Pax domini: significat q̄ xp̄s resurgens
a mortuis dixit discipulis suis Pax vobis. Jo. xx. Dicit ergo
Pax dñi. i. Pax temporalis sit semper vobiscū. in presenti et eterna-
lis in futuro. Laboris respondit. Et cum spiritu tuo. optane sa-
cerdoti etiam pacem sicut sibi ipsi.

CDost hoc incipit sacerdos Agnus dei: in quo notatur q̄ xp̄s
ad tria venit. Primo. vt liberaret nos a miseria culpe. Scđo vt

I liberaret nos a miseria pene. Tertio ut nobis daret de plenitate gratie. Quantum ad duo prima dicit. Misericordia nobis: quem tu ad tertium dicit. Bona nobis pacem. Dicit Agnus dei primo. ideo: quod agnouit patrem obediendo ei: Unde Apollonius ad Nobilium. Christus factus est pro nobis et ceterum. Dicitur enim agnus ab agno secundo. Dicit sedes Agnus dei: quod agnouit matrem curam de eo. bendo. Jo. xix. ca. Ecce mater tua. Tertio Agnus dei dicit: quod pietate sua factus est pro nobis hostia. I. Agnus. Agnus enim modo dicit ab agnos grece quod est martyrum latine.

¶ Sequitur quarta clausula. Hec sacrosancta comixtio: quae cum dicit sacerdos: ponit partem hostie in calicem. Et facit bac comixtione ad designandum quod corpus Christi non fuit sine sanguine aut sanguis sine corpore. Sed illam facit ad signandum quod vero sacramentum conficit ex specie panis et vini: per quod Christus innuit nobis quod ultra iam non moritur facta comixtione. Et finita oratione assumit sacerdos pacem a corpe Christi vel altare et dat diacono: et sit in signum quod pax spiritualis data est a Christo humano generi. Tunc diaconus dat pacem aliis: alii dant inter se: in signum quod omnes debet babere pacem et maxime filii ecclesie. Per bac rationem potest queri quare pax non datur in missa pro defunctis: defuncti autem non indigent ipsali societate: et per consequens nec ipsali pace.

¶ Sequitur perceptio corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi et ante corporis et sanguinis perceptionem debet dicere sacerdos orationes a sanctis patribus institutas. Prima dirigit ad patrem que incipit. Domine Iesu Christe. Alia ad sanctum spiritum: que incipit. Assit nobis quod dicere. vel Aperi sancte spissimam quod sicut. Postea debet sacerdos mediare incarnationem: passionem: et virtutem bus suis sacramenti: et sic cum maiori deuotio et oratione debet percipere corpus Christi. Et perceptio corpe Christi dicat sacerdos hanc orationem. Corpus et sanguis domini nostri et ceterum. Post perceptionem corporis et sanguinis sumat sacerdos semel de vino vel bis prout consuevit. Sed si castu aliquo debeat post perceptionem corporis et sanguinis celebrare: nihil sumat de vino in prima missa: quod corpus Christi requis-

rit secundum: et sic sumptio illa sacramenti non auffert ieiuniu: secus de ablutione vint. Hoc iterum licet sic agere si celebrare velis: ut in die nativitatis Christi et ceterum.

¶ Post hoc dicit communio: que sic appellat ut coicemus. Ut dicit Lomonio: quod in primitiva ecclesia populus coicabat qualiter dicebat. Sed propter peccatum circumspectans nobis statutum fuit ut coicaretur ter in anno s. in Paschate Pentecoste et Mariavitate. Sed modo precipit oibus ad missas in Paschate: ut patet per capitulum Dis virtusque sexus. de pe. et remis.

¶ In finitis videndum est de quarta parte missae que dicta est Gratias actiones. In ista redit sacerdos ad altare ad dexterum chorum ipsius: in signum quod Iudei in fine mundi convertentur. Postea dicit sacerdos collectas iuxta numerum sextarum. Collecta autem quia dicit in fine missae: significat quod subsequens oratio est nobis necessaria sicut antecedens. Et illa ultima oratio significat quod ad vocatum babemus apud patrem.

¶ Item notandum est quod sacerdos vertit se quinque ad populum quia Christus in die resurrectionis quinque apparet discipulis suis. His dictis sacerdos vel diaconus dicit. Benedicamus domino: innuitans ad gratias actiones. Et post hec via debemus bumi liari deo. In diebus festiis dicitur. Ite missa est. Et est sensus: Ite ad propria missa. I. Christus missus est. Et est sumptum a veteri lege ubi populus Israel licentiatus est a Rege et cito redibat ad propria. Item in missa pro defunctis dicitur. Requiescat in pace. In qua optatur eis quies eterna.

¶ Finis.

¶ De defectibus in missa concurrentibus.

Egula dirigens missarum celebratores ut caueant a defectibus. periculis. & disturbib⁹is in missa contingentibus. & ut super eis remedium apponatur Primo dicendum est de defectibus. Seco de perturbationibus & scandalis missas celebrantibus ocurrentibus. & que remedia congrue & ordinate ponantur. ¶ Defectus uero missae sunt. quando req̄sita ad missae celebrationem deficiunt. Isti aut̄ defectus continguntur. Aut ex parte sacramenti. Aut ex parte ministri. Aut ex parte ministerii. Et quia in sacramento requiriuntur panis triticeus. uinum de uite aqua naturalis. & sunt hec ex parte materie. Ex parte uero forme requiruntur uerba consecrationis. & intentio consecrantis. In ministro autem requiriuntur exterius debitum uestimentum. & in corpore ieiunium. & dispositio mentis & anime. Et in ministerio requiritur quod missa compleatur. scilicet quod sacrificium sit consumatum & perfectum. & quod sacerdos sumat sacrificium comunicando. Vnde de his dicendum est pro ordinem. ¶ Primo de defectu panis. Sciendum est igit̄ quod conficiens fermento grauiter peccat. quia facit contra statutum & consuetudinem ecclesie. Si uero conficiat in pane & inficitur similiter grauiter peccat. conficiendo in azimo corrupto & infecto propter irreuerentiam sacramenti tamen talis panis si conficiatur sacramentum est. Sed si panis fit corruptus ita quod in eo deficeret species panis non potest confici hoc est per uerba sacramenti non conficitur corpus Christi. & quod species maneat potest cognosci ad hoc quod continuatio non est soluta. nec alia necessaria ablata. Hec Tho. & Alb. ¶ Item si grana alterius generis fuerint admixta tritico in tanta quantitate quod alia speciem faciant. siue quod medium constituant. non potest

Ex eo confici sacramentum. tamen ex modica quantitate non impeditur. Si panis sit de aqua rosacea confitus dubitatur inter doctores & sanctus Tho. dicit esse probabilius q̄ non potest confici. ¶ Si sacerdos infra missam ante consecrationem aduertit hostiā non esse triticeam. uel esse corruptam. remota illa hostia aliā ponat. & a canone reincipiat. Si uero post consecratioē hoc aduertit idem faciat. ponendo aliam hostiā z eam sumat nihilominus illam primā sumat aut aliis sumendam tradat. uel eam reuerenter seruet. Super quod qui dicunt q̄ reincipiat a canone. Sanctus Tho. tamē dicit in simili casu esse reincipiendum tantum a verbis consecrationis ut habebis infra. Si sacerdos aduertit dictum defectum hostie postq̄ sumperit licet in isto ueriant doctores. Tamen sanctus Tho. tenet in tertia parte q̄ debet aliam ponere hostiam & consecrare & sumere. quia preceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis q̄ q̄ a iejunis sumatur. Per id autē dicit Petrus. Si sacerdos infra missam aduertat hostiam non esse triticeam. uel esse corruptam. patet quid agendum sit. si nulla hostia fuerit posita. uel si fuerit perdita. per id quod dicit sanctus Tho. aduertat de defectu hostie. p̄ eius enim sumptionem potest hoc intelligi. Si aduertat eam post sumptionem sanguinis rursus ponat nouum + paneū & nouum uinum & consecret atq̄ prosequatur & sumat ne sacramentum remaneat imperfectū. quod magis expresse apparebit infra. ubi dicetur de defectu uini. & ponent magis expresse uerba ipsius sancti Tho.

De defectu uini.

¶ Sciendum est q̄ si uinum est omnino acetum. non pot de eo confici sanguis xp̄i. quia uinū differt ab acetō sicut uiuum a mortuo ēm philosophum. Sed si uinum sit in uia quasi acetū tunc idem est iudiciū quod

de pane qui est in uia ad corruptionem. i. q̄ pot confici. tamen h̄mōi conficiens grauiiter peccat propter irreuerentiam sacramenti. Et Alb. dicit q̄ uinum putridū tantum qd̄ perdit uini naturam potest confici. tamen h̄mōi conficiens grauiiter peccat ut dictum est de uino multum pomico. uel acio. & musto unde potest confici zc̄. nec tamen conficiendum est de multum recenti propter impuritatē. de hoc Tho. & Pe. ¶ Item sciendum est q̄ in uinum quod conficitur non debet apponi aqua rosacea uel alia artificialis aqua. Si tamen apponent in tam modica q̄tate q̄ in uinum conuerterentur. conficeret. hec Tho. & Pe. ¶ Item si sacerdos post consecrationem corporis. aut immediate ante consecrationem sanguinis percipiat uinum non esse aut aquam debet statim apponere. Si uero post omnia uerba consecrationis percipiat q̄ uinum non fuerit politum. siquidem hoc percipiat ante consecrationem corporis debet deposita aqua si ibi fuerit in calice ponere uinum dein de aquam & resumere nouam consecrationem sanguinis. Si uero percipiat hoc post consecrationē corporis debet aliam hostiam simul cū sanguine consecrare iterum. & in fine sumere hostiā itez consecratā & sanguinem nouos. stante etiā si prius sumperit aquā que erat in calice quia preceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis q̄ preceptū q̄ hoc sacramentum a ieiunis sumatur. Predictus sanctus Tho. ex predictis uerbis demonstrat illa duo que supradicta sunt cum defectu panis. ut dictum est supra. Dicit etiā sanctus Tho. q̄ nō sufficit sacerdoti solū hostiā sumere sed etiā sanguinem. ne imperfectū remaneat factū. Si uero aliquis consecret z sumeret. & post sumptionē sanguinis agnosceret q̄ hostia nō esset triticea. uel esset corrupta. In isto casu dicit sanctus Tho. etiā si solutū sit iejunium q̄ repetendum

Cause ne liaret.

*at rūp̄ionē
ly itez cadat rūp̄
rūp̄ionē : q̄ hostia
ia sumpta nō p̄ itez
ḡentari.*

est sacramentum ut sit integrum. & cum missa celebri
tas terminetur benedictione sacerdotis ut dicetur infra
Non ita iudicandum est de defectibus missae ante bene
dictionem sacerdotis. cum adhuc uiget officium missae
quia post benedictionem quicquid fieret magis uideretur
erratio quam reparatio defectus. Item ex uerbis sancti Tho
me immediate supradictis apparet quod in reparatione sacra
menti imperfecti sufficiat resumere a uerbis consecratio
nis. uerum tamen sunt ordinate reparanda quia ut dicitur.
vii. q. i. perfecta non possunt dici sacramenta que perfec
tum non habent ordinem. Et sanctus Thomas dicit quod
inanum est sacrificandum si non hoc perficiatur sacramen
tum. Vnde concilium Toletanum tulit sententiam ex
communicationis in eos qui cum possunt non perficiunt
istud sacramentum. ut supra in loco decreti immediate al
legati.

¶ De defectu Aque.

¶ Si sacerdos percipiatur aquam non fuisse positam in uino
ante consecrationem languinis ponat. & dicat uerba
consecrationis. Si autem percipiatur post consecratio
nem sanguinis nullo modo debet postea aquam appo
nere quia non est de necessitate sacramenti in aliqua p/
te. Si quis tamen ante consecrationem scienter dimitte
ret appositionem aque grauiter peccaret. & ageret con
tra constitutio nem ecclesie quia dominum apposuisse
creditur. Non autem sufficit quod aqua apponatur quan
do uinum adhuc est in dolio quia hoc non significaret
aliquid sed oportet quod imminentे oblatione apponatur
sacramentum.

¶ De defectu forme.

¶ Pro noticia forme sciendum est quod Ambro. in libro
sacramentorum dicit quod hoc sacramentum conficitur

in uerbis & sermonibus Christi. Ex predictis cocludit san
ctus Thomas quod forma consecrationis huius sacra
menti hec est. Hoc est enim corpus meum. Hic est enim ca
lix sanguinis mei noui & ueteris testamenti mysterium fi
dei qui pro uobis & pro multis effundetur in remissio
nem peccatorum. Illa uero uerba. Accipite & manducate
pertinent ad usum consecrationis. Similiter illa uerba.
Hec quotienscumque feceritis in mei memoriā facietis p
tinent ad usum huius sacramenti quia usus non est de
necessitate sacramenti ut dicit sanctus Tho. Item coniunctio
enim non est de substantia formae tamen dici debet secundum
usum & consuetudinem ecclesie Rom. qui usus a beato Pe
tro incepit sumpsit. Etiā beatus Tho. dicit quod si predicta
forma mutantur nihil conficitur. Sed si uerba uideren
tur idem significare non mutarent nec errorem induce
rent. magnum tamen foret peccatum cum homini conficeret
secundum Alb. Dicit autem sanctus Tho. quod forma predicta
cum pronomine demonstrativo ostendit quod materia consecranda
debet esse coram sacerdote. Vnde existens in domo sua non potest consecrare panes qui est in armario.
aut etiā in foro uel uinum quod est in cellario. Sed quāta
cumque sit quantitas panis & uini que coram sacerdote ponuntur
potest ab ipso consecrari. Sanctus Thomas etiam dicit quod si sacerdos non recordetur se dixisse que in conse
cratione communiter dicuntur non debet ex hoc turbari.
Non enim omnium recolit qui multa dicit. Si tamen sacer
doti probabiliter constet se aliquis obmisisse que non sunt
de necessitate sacramenti non debet resumere mutando or
dinem sacrificii sed debet ulterius procedere. Si uero cer
tificetur se obmisisse aliquod eorum que sunt de necessi
tate sacramenti scilicet formam consecrationis debet
resumere ipsa forma per ordinem.

¶ De defectu intentionis ministri.

147 q. praeceptum
alio isti macte?

CNon solum necessaria sunt ad conficiendum predicta uerba sed etiam requirit intentio quia secundum Augustinum in sacramentis sine intentione nihil intelligitur uel agitur. Vnde sanctus Tho. dicit quod ad perfectionem sacramenti requirit intentionem ministri que se subiiciat principali agenti scilicet quod intendit facere quod Christus facit in ecclesia. & dicit quod non est necessaria intentionis actuallis sed sufficit habitualis ut conficiatur. puta si sacerdos accedit ad altare ad celebrandum intendit facere quod facit ecclesia si postea suspendatur eius intentionis per aliam occupationem siue occurrentem cogitationem nihilominus perficitur sacramentum ex uirtute intentionis propositae. Tamen studiose curare debet minister sacramenti ut etiam actualem adhibeat intentionem. & dicit quod cum aliquis non intendit sacramentum perficere sed delusorie aliquid agere talis peruersitas tollit uitatem consecrandi & uitatem sacramenti. precipue quoniam intentionem exterius manifestat. Si autem intentionem ministri peruerteratur quantum ad id quod sequitur sacramentum. puta si sacerdos intenderet confidere corpus Christi ut eo aduentura uel ad exteriora uteretur ut prius non a posteriori talis intentionis peruersitas ueritatem sacramenti non tollit sed minister ex tali intentione grauiter peccat. Dicit enim Albertus quod si aliqua pars hostie ex obliuione remaneat in altari aut aliqua pars uini & sacerdos conficit solum illa sacramenta quia de eis non intendit. **D**urandus autem posuit casum. Si sacerdos habeat coram se duodecim hostias & intendit consecrare decem. Quero quot sint consecrate. Rerum autem aucti distinguedo quod hoc potest primo duobus modis intelligi. Vno modo quod numerus sit solum in intentione & non in opinioni. Intentio autem sit quicquid sit coram se consecrari uerbi gratia. Si aliquis habeat consecrare & coram se habeat

at duodecim hostias & opinatur esse decem. Ipse uero intendit consecrare quicquid est coram se patet quod eius opinio fertur ad intentionem & eius intentionis non fertur ad numerum quia effectus consecrationis sequitur ad intentionem & non opinionem & sic omnes sunt consecrati. Alio modo potest intelligi predictus casus quando dicitur habet coram se undecim hostias & intendit consecrare decem & non opinio sed intentionis fertur ad numerum ita scilicet quod non uelit plus quam decem sed tantum decem consecrare. tunc in tali casu predictus doctor secundum intentionem suam dicit quod hoc duobus modis contingere potest. Vno modo quod sciet ueritatem numeri scilicet quod hostie sunt undecim & ex ipsis tantum decem consecrare intendit aut decem hostias distinguuntur quas intendit consecrare ab undecim quibus iam intendit consecrare patet quod ille decem sunt tantum consecratae de quibus intendit & undecima quam non intendit non est consecrata. Aut sacerdos sciat esse undecim & intendit consecrare decem non distinguendo uel determinando quas decem intendit & quia undecimam consecrare non intendit & sic nulla est consecrata. si intendendo ex illis undecim decem tantum consecrare aliquam determinationem ex ipsis non facit. Et cum isto dicto sat concordat sanctus Thomas in tertia parte q. lxxiiii. ubi dicit quod minister sacramentorum est sicut instrumentum principalis agentis scilicet Christi ecclesie & cum tale instrumentum habeat cognitionem requiritur quod per intentionem se determinet ad opus principalis agentis producendum. Idem sequitur ubi non determinat se scilicet quod nihil operatur. Si uero sacerdos ignoret ueritatem numeri hostiarum & intendit decem hostias tantum consecrare dicit Durandus quod eodem modo distinguendum est utrum determinet se & quas decem intendit.

uero uel ut
uideat extensas & una ibi lateat ipse enim intendit oes
quas uidit & nullam aliam consecrare. Velpot est qd
sunt consecratae. Si autem unam plus ipse posuerit qd credi
derit. uel alius undecim posuerit & ipse mandauit po
nus decem. & non intendit consecrare nisi decem tunc
non est determinata eius intentio. & sicut supra dictum
est nulla est consecrata.

De defectu uestimentorum.

Sciendum est qd fm sanctu Tho. & Alb. & oes doctores theologos si obmittant aliquod de his que ad ritu celebrationis pertinet quilibet obmittiens aliquod tale putat tempus debitum altare uestes & hmoi grauiter peccat nibilominus consecrat si est ordinatus & assit eius intentione & debita materia & debita forma cum intentione ordo in confificio. qd quid hoc quatuor deficiat non conficitur sacramentum. Ex his uero quatuor quibuscumq; aliis deficientibus ueritas adebet sacramenti fm Hosti sufficit qd unus sit presens in missa qui sacerdoti respondeat. Quamuis de consecratione dicatur qd duo requiruntur. Mulier in missa ministrare non potest. Etiam sine lumine non debet aliquis celebrare extra de cele miss. c. ex parte.

De defectibus dispositi onis corporis.

In concilio Toletano factum fuit preceptum sacerdotibus qd nullus sacerdos post potum cibumq; quantum cunq; minimu sumptum missam celebrare presumat. Et glo. ibidem dicit qd intelligitur de cibo uel potu post media noctem sumpto. quia in media nocte incipit di-

es fin ecclesiam. & nos uiderimus esse uerum quia tunc in cipit officium diei. scilicet matutinum quasi pertineat ad clauem illius diei uelut initium. Dicit etiam sctus Tho. post sumptionem aque uel alterius potus in gatuc parua quantitate non licet comunicare. dummodo sumatur per modum cibi uel potus remanentis in ore. Sed si casualiter transglutiat non impedit communionem quia per modum cibi non accipit sed per modum salive que uitari non potest. Si autem ante medianam noctem sit assumptus cibus uel potus potest communicare nec refert utrum dormierit uel utrum cibus sit digestus qd ad rationem precepit. refert tamen qd ad turbationem mentis in hoc qd tollitur deuotio.

De immundicia corporali.

Dicit sanctus Tho. qd cu iste cibus non est corporis sed mentis. Ideo in eius sumptione magis est consideranda dispositio metis qd corporis. & ideo dicit qd si immundicia corporalis sit perpetua siue diurna non est abstinentia a communione in mente. Tamen laudabile foret abstinere pro modico tempore.

De defectu dispositionis anime.

Interdictus suspensus excommunicatus etiam iniuste. communicare non debet quia in talibus est defectus rei significative scilicet defectus uirtutis corporis mystici. Itē quicunque enim cum scientia peccati mortalis ad communionem accedit mortaliter peccat. uide ad canonem xi. Qui manducat & bibit indigne iudicium sibi zet. Item non sufficit qui communicare intendit qd sit solum contritus imo si habeat copiam sacerdotis tenetur confiteri tamen si imineat necessitas communicandi uel celebrandi puta quia timet scandalum populi. uel incepit est misterium sacramenti. uel aliquis infirmus loquela amittit & est in proposito confitendi minister non pec-

*Febriat
fronma
ritua
intervitio*

cat q̄citus potest cōmunicando uel alias ministrando.
si primo non possit confiteri. Hec Pe. & Alb. Sanctus
Tho. dicit q̄ si aliquis cum conscientia peccati morta/
lis accedat ad altare non solum peccat mortaliter pro/
pter cōmunionem sed etiam quia exercet actus ordi/
nis insufficenter cum sola contritione & confessione ut
dictum est. In nullo aut̄ casu potest aliquis celebrare uel
cōmunionem recipere sine contritione q̄m mortaliter
peccet.

¶ De pollutione.

¶ Pollutio in somniū impedit ordinem quando causa/
ta est a cogitatione precedenti que fuit peccatum mor/
tale. Abstinendum est ergo nisi necessitas requirat q̄ ce/
lebret siue cōmunicet. Si uero certum est q̄ in precedē/
ti cogitatione non fuerit peccatum mortale. uel si nulla
cogitatio precesserit que causa pollutionis fuerit. cōmu/
nicare potest nisi pollutio tantū turbauerit mentem ex
cōmōtione corporis q̄ deuotionem habere non possit
& cum hoc fuerit abstinendum est per .xxviii. horas.
Hec sanctus Tho. ¶ Si sacerdos post consecrationem
inceptam recordetur se cōmedisse uel bibisse. nihil/
minus debet sacramentum perficere & sumere. Et si re/
cordetur se peccatum cōmisisse debet penitere & dole/
re cum proposito confitendi & satisfaciendi. & sic non
indigne sed fructuose potest sumere sacramentū. Et ea/
dem ratio est si meminerit se alicui ex cōmunicatione
subiacere. Debet enim sumere propositum confitendi
& absolutionem petendi. & sic per inuisibilem pontifi/
cem Iesum xp̄m absolutionem consequitur quantum
ad hunc actum per quem agit diuina ministeria. Si ue/
ro ante consecrationem alicuius predictorum memor
sit tutius reputarem maxime in casu ex cōmunicationis
suspensionis & interdicti ac mandationis q̄ missam

inceptam desereret. nisi timeret graue scandalum. Hec
sanctus Thomas.

¶ De defectibus missam celebrā/ ribus interdū occurrētibus.

¶ Scerdos qui celebrat missam debet semp sumere sa/
cramentū integrum. ut dicit supra in Rubrica de defec/
tu panis & uini. q̄ debeat sumere patet de conse. di. ii.
relatum. Aut enim totiens sumiat quoties celebrat quia
ipsum sacramentū in sumptione complementū sue si/
gnificationis accipit. Et intelligendū est nisi per uiolen/
tiam impiediat. uel per infirmitatem. uel p̄ mortem uel
bmōi. Et si plures missas aliquis celebrat in una die solū
in ultima percipiat pfusionem. & non in p̄cedenti. quia
tunc non eslet ieiunus. nec aliam missam celebrare pos/
set. ex. de ce. miss. c. ex parte. ex quo si sacerdos post cō/
secrationē infirmiet & non habetur alia hostia nibilom̄
nus debet alius sacerdos requiri qui. s. missam p̄sequat̄
ab infirmo non cōpletam. & hostiā debet diuidere &
unam partē ipse sumere & aliā infirmo dare. Hec san/
ctus Tho. ¶ Quomō autem missa cōpleatur ostendit
supradictū capitulum supra scripti concilii dicens. Nō
enim aliud cōpetit ad supplementū initiatīs misteriis
q̄ aut incipientis aut subsequentis fuit benedictione cō/
pleta sacerdotis. & ad hec obligatur sacerdos. Ulterius
ostēdi in eodem capitulo inferius ubi dicitur. Nullus
absq; patēti puentu molestie minister uel sacerdos cū
cepit imperfecta officia p̄sumat omnino relinqre. Si qs
aut hoc temerarie p̄sumperit ex cōicationis siue subia/
cebit.

¶ De perturbationibus occurrentibus missam celebrantibus.

Ost tractatū de defectibus misse dicendū est de p/
turbationibus interdū occurrētibus his q̄ missas
celebrat. Turbat autem missa. Aut propter scandalum

sacramenti. Aut propter scandalum sacerdotis. Scandalum sacramenti est si cadat aut uomitus proiiciatur. Scandalum sacerdotis est si sumere nequeat. Aut propter commixtionem alicuius abhominabilis uel periculi. Aut propter aperitionem alicuius speciei que non debet commedi uel potari.

Quando cadit corpus xp̄i.

Si propter frigus hostia labat in calicem ppter hoc non est necesse aliquid reiterari. quia q̄ solum minima pars hostie mittat in calicem hoc respicit corpus xp̄i mysticum. ideo pretermisso būius non facit imperfectionem sacramēti. Sanctus Tho. ex conci. Aurelate. de conse. di. ii. dicit. Qui bene non custodierit. qui sacrificium perdiderit in ecclesia. aut pars eius ceciderit et non inuenta fuerit. xxx. dies peniteat.

Quando cadit sanguis xp̄i.

Si per negligentia aliquid de sanguine xp̄i ceciderit. siquidem super terram. uel tabulam que terre adhæreat lingua lambatur & tabula radatur. Si non fuerit tabula locus ipse radatur et comburatur. cinis uero iuxta altare recordatur & sacerdos. xl. diebus peniteat. Si uero super lapidem altaris ceciderit. sorbeat sacerdos stillam & tribus diebus peniteat. Si sup lintheum altaris & ad aliud pergenerit sorbeatur stilla & .iiii. dies peniteat sacerdos. Si usq; ad tertiam puenerit. ix. dies peniteat. Si usq; ad quartam zc. Predictis aut diebus debet sacerdos interfundare & a communione cessare. pensatis tñ conditionibus negotii & psone. Potest autem minui uel augeri penitentia predicta. Hec sc̄us Tho. Et idem intelligendum est in secundo casu. & abluant tribus diebus lintheam na q̄ stilla tetigerunt calice suppolito & aqua ablutionis summa altare recordatur. de conse. di. ii. si per negligentiam Potest tñ sumi nisi ppter horrē dimittat. ablutio uero

abscondatur & comburatur. & cinis in altari recordatur. Hec sanctus Thomas.

De uomitu sacramenti.

Si quis eucharistiam euomerit. Si laycus per ebrietatem euomerit quadraginta diebus peniteat. Clerici uero & monachi. presbiteri dyaconi & subdyaconi sexagesima diebus peniteant. Episcopus autem nonaginta. Si uero causa infirmitatis euomerit septem diebus peniteat. de conse. di. ii. c. ii. si quis per ebrietatem. Et debet uomitus cremari. & cinis iuxta altare recordari. ut supra dictum est. Hoc tamen obseruandum q̄ ubiunq; species integre inueniantur sunt reuerenter obseruande & sumende. quia remanentibus speciebus remanet ibi corpus Christi.

De musca uel aranea uel ueneno mixto cum sanguine xp̄i.

Si musca uel aranea in calicem ceciderit. uel uenenum mixtū fuerit. si sacerdos aī consecrationē hoc deprehēderit debet calix ablui & aliud uinum consecrandum apponi. Si uero aliquo eoꝝ post consecrationem euenerit debet animal caute capi & diligenter lauari et comburi & ablutio simul cum cineribus in sacrariū mitti. Et q̄ si uenenum ibidem esse deprehenditur nullo modo debet sumi nec alteri dari. ne calix uite uertatur in morte. sed diligenter in uasco seruari debet. Et ne sacramentum remaneat imperfectum debet aliud uinum apponi. & sacerdos debet resumere consecrationem sanguinis. & sacrificium perficere. hoc intellige si corpus non sumpserit quia tunc aliter faciendum esset. sicut supradictum est in rubrica de defectu panis & uini. scilicet q̄ nouum panem apponat. Regula est autem q̄ nihil abhominabile sumi debet. occasione huius sacramenti de conse. di. ii. si per negligentiam. Hec sanctus Tho.

C De noua specie apparente.

Q uando corpus xp̄i apparet in alia specie q̄ in usu sacramenti. Usus enim per mandationem fieri solet quando scilicet apparet in specie pueri uel carnis: cruentate: uel simili modo: non habet rationem sumendi: nec debet sumi ab eo cui sic apparet: quod si omnibus appetat debet cū reliquiis ponit. Hec sanctus Thomas de Aquino doctor egregius & Albertus.

C Nota q̄ quatuor supra nominati fuerunt nobilissimi & solennissimi theologie magistri. sicut opera eorum demonstrant: & omnes fuerunt fratres predicatorum. Petrus supra allegatus fuit papa Innocentius quintus. Durandus fuit Episcopus Melden: & dicta istorum inueniuntur in scripturis eorum super. iiii. li. sententiarum. Dicta vero Alberti supra allegati sunt in libro quē composuit de officio sacerdotis. Dicta autem sancti Thome sunt in tertia parte summe.

C Finis.

**Questio de viribus
demonstrationum**

Questio de viribus instrumentorum scie^r
di per me Petrum de campis barchinonensem in parisi
enibus litteris esculapia qz facultate doctorū minumū .



ue //
ritur
vtrū
neces
sanū
sit: si
qdsci
atur
id p
suaz
cau
sam debere cognosci. causam au
tem intelligo: non modo in co
gnoscēdo: qz illud facile est. S^z
in essendo. ¶ Et arguitur multi
pliciter q non. Primo sic: mul
ta sciuntur de deo: tā ab comet:
quam acreturis: et tamen non
per suam causam: cum eius nul
la sit ergo questio falsa. ¶ Se
cundo sic: multa sciuntur in ma
thematicis (causis nō demonstrā
tibus illa) ergo questio falsa. cō
sequentia est nota: cum in supre
mo scientiaruz gradu mathema
tice locentur. Antecedens pro
batur: quando vna figura: vna
proportio: vna continentia per
alias probantur: quorum mul
ta nō se habēt sicut causa et efe
ct^r. ¶ Tertio sic omnis demonstra
tio facit scire: demonstratio quia
est demonstratio: ergo facit scire
maior primo posteriorum cap
itulo de scire/ et minor capitulo.
xxx. eiusdem sūt scripte. tunc sic
demonstratio qz non facit scire
per causam: cum per hoc eodem
capitu. tertio. distinguatur a de
monstratiōe propter quid: vt ex
emplis apertis illud deducit er
go questio falsa. ¶ Quarto sic
sola demonstratio ppter quid fa
cit scire per causam ergo questio
falsa: consequentia patet: qz de
monstratio quia facit scire p ef
fectum. antecedens probatur sic/
omnis demonstratio facit scire p
medium demonstrationis. Sed
in sola demonstratione propter
quid medium est causa ergo so
la propter qd facit scire per ca
usam. consequentia patet. maior
est nota: cum tota vis demonstrā
di in medio consistat. minor est
nota cum per hoc solum demo
strationes sint distincte q medi
um in demonstratiōe propter qd
est causa in alia vero non: vt ex
toto processu aristotilis: et ex co
muni concensu omnium est cla
ruz videre. ¶ Quinto sic si que
stio esset vera eadem esset demo
stratio quia et propter quid con
sequēs est falsum ergo et antece
des falsitas consequentis ex pre
a ii

cedentibus patet/cum totus labor aristotelis sit illud clare demonstrare q̄ eēt frustat̄ et certe exp̄ mur p̄ plures d̄mostraciōes nos m̄ta scire quo:ū causas ignora m̄ premapim̄ in naturali phia et medicina/sequela tñ,pbatur cū totū discriminē talium demonstrationum in hoc consistat: q̄ vna facit scire per causam : alia vero non. Sed istud datur a veritate questionis equaliter vtrisqz q̄. s. per causam faciant scire ergo prima sequela fuit evidens.

Sexto sic si questionis esset vera ydem esset adducere demonstrationem quia et propter quid ad aliquid ostendendū : consequēs est falsum ergo et questionis. Sequela tamē probatur : quia ydē facerent eodem modo scire . s. per causam falsitas consequētis patet ex aristotele p̄ allegato capitulo demonstrante earuz differentiam . Et experientia monstrat medicū scire vulnera rotunda tardius sanari oblongis ignorando causam:quam solus geometri sibi demonstrare tenebuntur. Patet etiam ex eo quia easdem esset scientia quia et propter quid:et eque evidentes: mutuoqz intēsibiles:ab eisdemqz eque producibiles . Et tunc nō plus in primo certitudinis gradu mathematica esset ponenda ceteris:nec que aristoteli d̄ gradibus nobilitatis vnius sciencie respectu alterius quo ad certiorē procedendi modum p̄ hemio d̄ anima scripsit essent acceptanda:que omnia sunt arsurissima. **S**eptimo sic non omnis scientia fit per causam ergo questionis falsa:antecedens probatur de scientia quia que per esse cū fit vt prefato capitulo aristotiles demonstrat. patet etiam ex capitulo de scire cum dicitur: si quis est aliis sciendi modus quam per causam postea dicetur:quasi dixerit in capitulo scientiarum et demonstrationuz distinctioni sepe allegato dicetur. ydem super eodem capitulo : et super prohemio phisicorum scripsit auerroys cum sepe dixit scientiam per causam esse certam et veram Aliam vero non: Ex quibus semper duplēm modum sciendi innuerunt per causam.s. et per effectum. Et adhuc ydem auerroys expressius eiusdem locis tetigit dicendo q̄ si demonstratio exnocioribus simpliciter fiat certe scientie erit generativa . Si vero ex noxiōibus nobis potius debet signum dici quam demonstratio/quia facit scire et non per causam . Ex quibus: et ex communi omnibus doctorum concensu clare aparet questionis falsitas. **O**ctauo sic solus sillogismus ex primis veris: immediatis: prioribus: noxiōibus: causisqz con-

dusionis facit scire per causam. Sed demonstratio quia nō est ex illis composita ergo questionis falsa.consequentia est clara.maior ē aristotelis capitulo d̄ scire vbi postq̄ posuit definitionem scire que est per causam dixit qđ hoc fit per sillogismum necessario cōponendum ex primis:veris:immediatis etc. **A**lliorū patet ex aristotele faciente aliud spēiale capitulo p̄ scientia et demonstrationem quia. patet etiā inducētive. Itaz per priores intelligit philosophus ibidem se declarās priores simpliciter : per primas: principia intelligit eomet auctore: p̄ noxiōes: simpliciter tales voluit intelligi per causas:nō solum in cognoscendo sed in essendo debere intelligi commentator ad litteram asseverat : quorum omnium oposita continet demonstratio quia quare etc. **M**ono sic arguitur:impossibile est dare modum quo demonstratio procedens ab effectu faciat scire p̄ causam ergo questionis falsa.hic consequētia est evidens:cum questionis non soluz de possibili sed etiā de necessario asserat. Sed antecedens probatur. et capio hāc demonstrationem aristoteli:plante nō scintillant ergo sunt prope. hic scitur, causa per effectum vt patet:vel ergo scitur illud precise:et habetur propositum : vel aliquid aliud :et queritur de il-

lo an sit demonstratio quod non potest dici cum ydem non faciat se immediate scire : vel est aliud a demonstratione et hoc nō: quia vel esset intra : vel extra demonstrationem:non secundum cum sit demonstratio sillogismus quē habendo scimus ex capitulo de scire aristoteli: nec primum cuj sola non scintillatio restet modo absurdum est qđ dicas ea sciri sicut aperte multipliciter probabo. **P**rimo sic sola conclusio scitur. Sed non scintillatio ē concludens et non conclusa ergo non scitur consequētia et minor non habent dubium: maior capitulo de scire et ethicoruz. vi exarata est ab aristotele. **S**econdo sic scientia non est principiorum:sed solus intellectus.s̄z non scintillatio est hic vt principiū ergo eius est intellectus p̄ cuius quam scientia consequētia et minor aperte sunt. **A**lliorū prefatis locis per distinctiōnem scientie et intellectus satis elucet. **T**ertio sic nihil scitur nisi prius dubitetur vt expiētia patet et liconiēsis ē auctor. Sz de nō scintillatiōe nūq̄ fuit dubium: q̄ se clare oculis presentabat ut patet quare etc. **Q**uarto sic scibilia demonstratione egent vt sciuntur:cū per hoc a non scibiliib⁹ sequestrentur. Non scintillatio aut demonstratione non egebat: cum se oculis evidentē demo-

strabat ymo q̄ fortius est clari per visionem sine sc̄ientia quā per scientiam sine visione cognoscere tur ergo eius non est scientia. **Quinto** sic medium ponitur extra xclusionez: ne ydē p ydē de mostretur s̄z si nō scintillatio sciatur medium intrabit conclusi onem ymo erit ipsum conclusuz vt patet ergo q̄r peteretur principiū ipsa nō scitur. **Sexto** sic magis est principijs quā conclusi oni credendum. s̄z non scintillatio est hic principium ergo magis est ei credendum quam ipsi qđ scitur: cum per se ipsaz sciretur et peteretur clare principiū: ymo non esset deuēt de noticia noti ad noticiaz ignoti. Adhuc etiam: facile esset cuncta demonstrare: ymo virtualiter quo ad modum notificandi fiet ille circulus: qui primo posterioruz cōtra antiquos est ab aristotle dā natus. **Septimo** sic si nō scintillatio scitur: aliquo scitur tāq̄ per mediuz: non se ipso: cuz ydē se ipsum demonstraret ergo alio. Sed non aliud restat quā ppun quitas cōclusa ergo ipsa scitur. sed hoc est absurdum: et destruc tio totius logice: et omniū doctrinā cū dicas mediuz cōclu di: conclusionez demonstrare: me diū esse ignotuz conclusuz no tum: que sunt absurdā vt patet quare etc. **Decimo** principaliter sic arguitur ad questionem.

Si questio esset vera: sc̄ientia nō esset scientia: hoc est in conueniens cū nulla sit ea verior in qua ydez dese predicatur ergo et que stio sequela probatur: nā in pre fata demonstratione ppunquitas vere scitur. et non p causam: sed per effectum ergo assensus quo scitur est scientia cum demonstra tione concludatur. **S**z talis sci entia prout est noticia propinq̄ tatis non est per causam: si que stio igitur est vera non est scien tia quare erit scientia et nō erit scientia. **Vndecimo** sic argui tur si questio esset vera ydem es set per causam et nō per causaz: hoc implicat ergo et questio totum preter sequelam est notum que sic pbatur nāz in prefata de mostratiōe propinquitas scitur p sc̄ientiaz a (et sit a assensus de tali cōclusione) et hoc in aliquo priori: in quo adhuc non scitur scintillatio vt patet ex immedia ta terminatione a ad propinquitatē modo in illo priori: a: est scitu z non per causam vt patet. et tamē quia est scientia: est per causā si questio sit vera ergo erit aliquid p causam et nō p causa productum. **Duodecimo** sic. scientia ydeo est scientia q̄r facit scire quod ignorabam ergo li cet de xclusione fieret ad mediū regreslus nō plus vel min⁹ erit ex hoc scientia cum satis sit esse conclusionis noticiaz per demo

strationem causatā. quare que stio erit falsa que huīis opposi tum sonat cum innuitur p ipsā q̄ ideo fit habit⁹ scientificus p demonstrationem q̄r. q̄ regressus fit ad medium: quare patet illud esse fictum: et voluntarium: pre cipue cum sit opposita comuni philosophantum menti. Non enīz videtur sic omnib⁹: nec plu ribus: nec sapientibus: nec hys: omnibus: nec pluribus: nec ma gime notis. Sed opositum sem per acten⁹ fuit aprobatum relinq tur ergo questio falsa. Ad hec omnia argumenta volui extende re fimbrias, ppter difficultatē et arduitatēm ex pte materie et ex gerientiarum et ad hoc comuni lecte hic complicatas. **I**n oppositum: sufficiat nobis vulga tum verbum aristotelis suo capitulo de scire: et p hemio phisi corum: scire est rem p causam co gnoscere. quo innuitur illud es se potissimum et formale sc̄ientie nec aliud vnḡ protulit: sepe co munī opiniōne illud cōprobādo. **I**n hac questione tres faciaz articulos. **P**rimo notabilia. **S**ecundo xclusiones ponā. Cetero argumentis satisfaciām. **Q**uantum ad primum est pri mo notanduz: ip̄ noticiarū que dam sunt sensitiae: de quib⁹ nō fit hic mentio: quedam intelle ctive quas querimus. Intelle ctuarū quedam sunt simplices:

a iii

quedam complexe. Et harū que dam aprensive: quedam adhesi ue: et de istarum adhesuarū nu mero est scientia harum omiuū quedam sunt actuales quedam habituales. Adhuc adhesuarū quedaz sunt erronee: que nō me rētur inter noticias locari: que dam sunt veri dice. Et istarum quedam sunt infirme: que opiniōnes dicuntur semp annexam secum aferentes formidinem. Aliie sunt firme sine dubietate. Ex quo statim patet duos ptra dictios assensus: quales fre quenter inter viros diuersarum sectarum cognoscimus non esse opinōnes. cum alter sit de falso et erronēs. Incertitudo vero huīus status facit nos vtrisqz sub opinatiōis locare. Indubia rum autē noticiarum: quedam sunt in evidentes et sunt notōcie fidei: quedam evidentes et hoc multipliciter contingit. nā vel sunt de cōtingētib⁹: et per tales expertas inductiue principia artis et sc̄ientie deducuntur. vel de necessarijs et hoc dupliciter nāz si talia necessaria sunt indemē strabilia eoz assensus intellect⁹ dicitur si de mostrabilia: sc̄ientia. Si ex vtrisqz aggregata lapientia erit: hec hic supono: siō quin parue in his sint latebre s̄z quia nō pposito taliter seruunt qua liter acomuni via sunt comuni ter declarata. cum prefatis ē su

Scia g/it

ponenduz: q̄ scientia de qua fit
hic sermo que ad omnem scienti-
am taz quia quaz propter quid
est communis: ita debet ab omni-
bus intelligentibus cōcorditer
declarari. Sc̄ientia est noticia ad
hesiua: firma: certa: et evidens:
conclusionis: vere: necessarie: du-
bitabilis: causata per premisas
veras: necessarias: et evidentes:
tali conclusioni si. logistice apli-
cata. Noticia adhesiua pro ge-
nere ponitur: assentim⁹ enīz per
scientiam sic vel sic esse vel nō eē
firma dicitur ad contingentium
noticias expellēdas: que nō sūt
stabiles: sicut hec: que vndiqz ne-
cessarijs est vallata. certa ad op-
tionis ponitur differentiaz. Evi-
dens fidem excludit: exclusionis
ponitur ad intellect⁹ discrimen.
vere ad errorum ponitur ex tir-
ationem. Necessearie pro firmi-
tate scientie est dictum. Dubi-
bilis ponitur: quia vere scib⁹
lia que sibilia sunt: quare dubi-
bilia posteriorum secundo.
Mata causari per primulas po-
situm est: tum ad exprimentum
modum factioñis: tuz ad instru-
mentum factiuim scientie expli-
candum: intellectus etiam noti-
cia: per yde sequestratur a scien-
tifica. Necessearias: et evidentes
positum est ad firmitatem: cla-
rissiem qz scientie notandam:
quoniam ex earum claritate ac
firmitate pendet conclusioni a-

plicatas dictuz est vt simul tem-
pore maiore minore ac conseque-
tia cognitis et conclusio ipsa sci-
atur: sillogistice fuit dictum pro-
pter evidentiam forme sillogis-
morum. Ex quibus natura scie-
tie: eiusqz distinctio appetat ab
alijs: totaqz declaratio omni sci-
entie conuenit. Nec est qui in
hijs discrepet. nam licet gregorius
arimensis complexe signifi-
cabilia sua unmediata obiecta
dicat scientie cuius contrarium
(dicēdo conclusionis) scripsim⁹
hoc tamen non variat proposi-
tum si percipias. reliqua omnia
per totum posteriorum librum
satis apparent. nec in istis alia est
querenda causa quam communis
vius nec aliter suam definitionē
scire probavit philosophus: nec
alia est vñqz reperibilis proba-
tio. aliter de singulis esset passiz
hesitandum. Cum igitur ab om-
ibus recte sapientibus datum
sit scientie (semper aristotle p̄-
ncipe) certitudo firmitas ac dis-
cursiva ad quisitio consequens
est cum hec precipue imprefata
declaratione explicitur ipsam
esse bonam ac ab omni dogma-
te admittendā.

Notandum est secundo pro-
clariori luce (quia non est comu-
niter declaratum) q̄ tota firmitas:
certitudo et evidētia ali-
cuius assensus ex parte materie
et forme motu quo ad quiri-

turest accipienda. Et super quo
libet horum summe laboratum
est tam ab aristotle quam a ce-
tens grauissimus viris ydeo no-
strum lumen ipse aristotiles pro-
certitudine forme arguendi pri-
mo priorum quattuor argumen-
tationum genera assignauit fir-
missima: que sunt sillogism⁹: en-
tūtema: induc̄o: et exemplum
Mallus etenīz potest reperi⁹ di-
scursus qui sub hijs non valeat
reponi: et non modo illud dog-
matizant: verum etiam illaruz
argumentationum spesies: mo-
dos: multiplicationes qz ac so-
lidationes: ita compleuit vt clari-
nus iam illorum omnium firmi-
tates: et certitudines logicis egre-
gis intueantur luce solis. Cum
nullo possibili posito queat ali-
quis illorum discursum vacilla-
re: sed semper eque stabilis ep-
stat sua intemerata necessitate.
Et tamen graues viri adhuc in
prefatis sepe deficerent: cum pre-
fat modi arguendi non se equa-
liter representet cūctis: quo ad
evidētiam quam habent ac fir-
mitatem. vnde secutus est aliis
labor: quo tres alias manieres a
sillogistica ad ipsam sillogisticaz
legitime reduci posse est demo-
stratum: propter claram: evidē-
tiam: firmam: ac notam sillogis-
tice argumentationis formaz.
Et adhuc alcius est intonatum
quando de quattuor figuris sil-

logistica reperibilibus tres vlti-
mas ad primam reducere fuit a
pertū. ymo fortius singulos mo-
dos prime figure alios a quattu-
or primis: ad ipsos primos quat-
tuor iam est demonstratum redu-
cere: h̄i autem quattuor ad pri-
mum principium omnium eu-
dientiarum lumē reducuntur eo
qz aperte illuminantur: nam li-
cet aliqui illorum quattuor par-
ticulares ad vniuersales reduce-
re conantur (et facile possit fie-
ri) tamen sine necessitate fieret.
et illud etiam: quod negatiuum
vniuersalem ad afirmatiuum re-
ducere velint. non vrgēte neces-
itate fit: licet facile possit fie-
ri. Et de hijs satis. cum pre-
dictorum declaratio non ad hāc
questionez pertineat. Sunt au-
tem singula eorum logicis de-
mostratiue cognita licet nō om-
nibus. Sed solum diligentier
et radicitus scrutantibus sin-
gula. Ex quibus patent mul-
ta. Primo q̄ discursus sillo-
gisticus sua evidentiori forma
debet poti⁹ trahere ad se demo-
strationes: quam ceteri modi
arguendi. Et inter sillogisti-
cos quattuor modi prime: ex eo
qz evidētis et clariss illatio-
nis necessitatē aperiunt ceteris.
Scđo in fero q̄ viris erudi-
tis equale debet esse si demonstra-
tiones eis fiant in alijs spēb⁹ ar-
gumentationis sicut in sillogisti-

ca. Et in quibusq; modis si
